



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Theologia|| Iuridica,|| Sev Ius Civile Theologicvm,||**

**Fickler, Johann Baptist**

**Dilingæ, 1575**

**VD16 F 976**

Sedem Apostolicam à Rom. Imperatoribus honorandam & obseruandam  
esse.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

gis Ecclesia diuisa secernitur, nullis insertis  
maculis variatur. Scriptū est enim, quia cùm  
Rex iustus federit supra sedem, non aduersa-  
bitur ei quicquam malignum.

IVSTINIA. IMP. IN PRAEFAT. AVTH.  
Quom. oport. Episc. & Cler. s. nos igitur.

PRinceps maximam adhibere debet solici-  
tudinem circa vera Dei dogmata, & sacer-  
dotum honestatem.

Princeps curā  
habeat do-  
ctrinæ fidei et  
sacerdotium.

## DE HONORAN- DA ET OBSERVANDA SEDE

*Apost. à Rom. Imp. et conseruandis  
templo Catholicorum.*

IVSTINIAN. IMP. IN L. RÉDDENTES  
C. de sum. trinit. & fide Cath. &c.

REddentes honorem Apostolicæ sedi, &  
vestræ sanctitati (quod semper nobis in  
voto fuit & est.) & vt decet Patrem honoran-  
tes vestram beatitudinem, omnia quæ ad Ec-  
clesiarum statum pertinent, festinauimus ad  
notitiam deferre vestræ sanctitatis: Quoniam  
semper nobis fuit magnum studium vnitatē  
vestræ Apostolicæ sedis, & statum sanctorum  
Dei Ecclesiarum custodire, qui hactenus ob-  
tinet, & incommotè permanet, nulla inter-  
cedente contrarietate. Et paulò pōst. Impera-  
tor per omnia properare debet, vt crescat ho-  
nor, & authoritas Apostolicæ sedis, &c.

Imperator  
Papā honorat  
vt patrē:au-  
thoritatē se-  
dis Apost. &  
statum Ecclē-  
siarum cōser-  
uare debet.

ANASTA-



ANASTASIVS IMP IN L. SI QVI OR-  
thodoxæ. C. De haret. & Manich.

Principis cu-  
ra templo Ca-  
tholica serua-  
ri debent.

Hæretici ma-  
gis de ruina  
quām instau-  
ratione Eccle-  
siarum cogi-  
tant.

Princeps Ec-  
clesiarum &  
animæ parem  
curam gerat.

Principem vndique ad hunc exitum prou-  
dentia ducere debet, vt omnipotens Dei  
templo (in quibus nostræ fidei instituta perdu-  
runt) cultu assiduo, per omnia secula redditiuia  
seruentur, de quorum instaurazione hæretici  
nihil potuerunt aliquando cogitare, quas pe-  
nitus esse noblebant.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. VT  
determ. sit num. cleric. &c. in fi.

Non minor sit cura Principi eorū quæ san-  
ctissimis Ecclesiis profundit, quām ipsius a-  
nimæ.

IDE M IVST. IN §. SI MINIMVS.

Auth. de non alien. aut permut. bon. Eccl.

Principē de-  
cet liberali-  
tas.

**Q**uid causetur Imperator, ne meliora det?  
cui plurima dedit Deus habere, & mul-  
torum Dominū esse, & facile dare, & maximè  
in sanctissimis Ecclesiis, in quibus optima  
mensura est donatarū eis rerum immunitas.

Porrò quantum studij, diligentia atq. sollicitudi-  
nis antiquiores Christiani reposuerint in condendis  
exornandisq. Catholicis templis, & constituendis co-  
rum redditibus. pius lector fuisus intueri poterit in to-  
to illo Iustiniani Authentico. Ut determin. sit num.  
cleric. &c. coll. 1.

FRIDERICVS II. LIB. II. FEVDOR.  
tit. De statutis & consuetudinib. in princ.

AD decus & honorem imperij & laudem  
Rom. Principis nihil omnino magis vide-  
tur



tur accedere, quām vt expurgatis quibusdam erroribus & iniquis quorundam statutis penitus destitutis, de cætero Ecclesia Dei plena quiete vrgeat, & secura gaudeat libertate. Sane adeò infidelium quorūdam et iniustorum iniquitas abundauit, vt non dubitent contra Apostolicam disciplinam & sacros Canones statuta sua confingere contra Ecclesiasticas personas, & Ecclesia libertatem. Cùm ergo dispositione diuina fauente nihil velit Ecclesia (quæ nihil debet nisi bonū appetere) quod nobis eodem cconursu, & eadem non placeat voluntate.

## ROMANVM IMP.

**DECERE VITAM SVAM AD  
eas applicare leges quas iustè sanxerit.**

IMP. ALEXANDER SEVERVS A. IN  
l. ex imperfecto. C. de testam.

**L**Icet lex imperij solemnibus iuris Imperia-  
torem soluerit: nihil tamen tam proprium  
est imperij, quām legibus viuere.  
Princeps iu-  
xta legē alii  
latam viuere  
debet.

THEODOS. ET VALENTIN. IMPP.  
in l. digna vox est. C. delegib. & const. princ.

**D**igna vox est maiestate regnantis, legibus  
alligatum se Principem profiteri: adeo de  
autoritate iuris nostra pendet autoritas, & re-  
uera maius Imperio est, submittere legibus  
Principatum.  
Imperio ma-  
ius est Princi-  
pem parere  
legibus.

IVSTI-

